

## ELEGIA VOTIVA

V I R O

*Plurimum Reverendo, Excellentissimo, Clarissimo*DN. DAVIDI SHVVERT-  
NERO, BOHEMO.

SS. Theol. Baccalaureo, Moralium Prof.

Publ. Facult. Phil. Asessori, Collegii Major. Principum  
Collegiato,

cūm

Rectore Magnificō

V I R O

*Nobilissimō, Amplissimō, Excellentissimō, Experientissimō*

DN. JOHANNÉ MICHAELIS,

Phil. & Medic. Doctore, Therapevtices Prof. Publ. Facult. Medic. De-  
canō, utriusq; Principum Collegii Collegiatō, Academiæ hujus Decemvirō  
& Archiatrō Saxo-Altenburgicō,

Promotore

V I R O

*Pramodum Reverendō, Amplissimō, Excellentissimō*

DN. DANIELE HEINRICO,

SS. Theolog. Doctore, Consistorii Ecclesiastici Asessore &  
Ejusd. Facultat: p. t.

DECANO ET PROCANCELLARIO

In Solemni Panegyri LICENTIÆ in Theo-  
logiâ Gradum obtineret

Nonis Julii


In ACADeMia phLVrIna

decantata

ZITTAVIENSIUM nunc Lipsiæ subsistentium  
Symphoniâ.

LIPSIAE,

Typis JOHANNIS ERICI HAHNII



Xoriare Polo rutilis Matuta capillis,  
Gaudia cur adeò nostra morare diu?  
Tolle caput Phaëthon gelidis ex æqvoris undis,  
Atq; tuò clarum Lumine redde Diem!  
Redde Diem, satis est dormitum, surge coruscus,  
Et satis est Noctis delituisse sinu.  
Siccine perpetuò sunt sacra litanda Vacunæ,  
Siccine Nox Erebi festa colenda manet?

Tandem clara Dies succedat & eminùs intret,  
Luce suâ donet cominùs illa Dòmos.  
Flammiger inde tuam Titan exporrige frontem,  
Heliadum lacrymas celsus Olympus habet.  
Hippotades teneat clausos sub carcere Ventos,  
Prælia discordi flamine nulla struant.  
Qvid? si vota valent, redeant melioribus annis,  
Aurea quæ quondam secula Gentis erant.  
In quibus haud sublesta fides, sed quisq; colebat  
Jus, meritas pœnas crimine, nemo dabat.  
Sed sumus in quæ nos servati Tempora! passim  
Fraus viget, atq; ferox arma Gradivus habet.  
Tempora, quæ terimus, sunt duræ ferrea venæ,  
In quibus ad superos est revocata Fides.  
Ergò deteriora ruant, meliora resurgant  
Tempora, sitq; novâ Luce beata Dies.  
In terras Astræa Polo, quò fugerat ante,  
Retroeat populis jura verenda ferat.  
Parcere subjectis, doceat parere Supernis,  
Distribuat dignis digna brabea Viris.  
Hæc sit prima dies melioris temporis Index,  
Qua pariles parili forte brabea legunt.  
Qua SCHWERTNERE legis Decus exoptabile Musis,  
Theilogiæ celfo culmine grande Decus.  
Non manet Alciden geminos sub falcibus angves  
Compressisse simul Gloria tanta manu:

Sive

Sive suis torvum manibus jugulasse Leonem,  
 Lernæam picea seu necuisse face,  
 Quæ laus stymphalidas nocuis petiisse sagittis,  
 Augiæ stabulum seu vacuassee Fimô?  
 Hæc valere Viri vires & corporis artus,  
 Sed quæ sunt animi fortia facta? later.  
 Herculeos igitur Mentis superare labores  
 Dicimus & Factis Te superasse tuis.  
 Scilicet insomnem studiis impendere vitam,  
 Nocte dieq; suâ volvere scripta manu:  
 Hic labor, hoc opus est. Tantos tolerare labores  
 O SCHWERTNERE Tibi durior aura fuit.  
 Dicite Pierides pia Numina, dicite Mulae  
 Ullum, qui potuit vos coluisse magis?  
 Novimus ingenii curas mentemq; sagacem,  
 O decus aonii dulce, jubarq; chori.  
 Non sociatus eras Como, sed nocte Minervæ,  
 Textitur hinc Laudis nobile stroma tuæ.  
 Ast nunc vicisti, nunc Messis falce secatur,  
 Fertilis & Cererem fœnore reddit Ager.  
 Lumine ceu Phœbi fuscatur candida Phœbe,  
 Aspera sic vitæ clarus obumbrat honos.  
 Quando tuo capiti Tituli scribuntur Honoris,  
 Illius atq; comam comra Tiara tegit.  
 Non sic Hippomeni Syriæ dilecta puella  
 Quàm fuit Eusebie, Panophieq; Tibi.  
 Crazoviæ genitus, Christo devotus, Eremum  
 Ex patriâ pulsus quærere jussus eras.  
 Idq; quod Ausonii renuebas dogmata Papæ  
 Ejus & amplecti religione fidem.  
 Sumine nostra suô surgens Zittavia Nutrix,  
 Mitibus imperiis grata colustra dabat.  
 In tua transtuleras succum Nutrimina Thyrsô  
 Cùm tua Mens licitæ percita laudis erat.  
 Mox meditans Hallam posito fundamine, cautus,  
 Icarus aut Phaethon ne volitando ruas.  
 Hic bibis aônios sitienti gutture rivos,  
 Ubere Te lactat Gveinzia Musa suo.  
 Æthera ceu tranat subitis Jovis armiger alis,  
 Celsiùs appronans unde relinqvit humum:

Sic

Sive

Sic satiatus abis Hallâ, Phylurasq; propinquas,  
 Lipsia Te patulo suscipit, Ecce! sinu.  
 Quotquot habet, Benefacta locat, confertq; gregatim,  
 Teq; suo Gremiô Mater ut alma fovet.  
 Arduus Imperii Gradus est, cui Sceptra locantur,  
 Nec minus illa Tibi scepra tenenda dedit.  
 Nunc quoq; Theiologum quod habet sacer Ordo ministrat,  
 Munera pro sacrâ sedulitate locat.  
 Prælagit Titulum concessa LICENTIA summum  
 Tempore Doctoris fortè sequente Tibi.  
 Quilibet inde parat sua Munera reddere: verum  
 Nos quid possimus reddere, Nemo videt.  
 Est Empanda suis fundis operosa: benignæ  
 Pomonæq; manus Poma renata tenent.  
 Nos calidum votum calidô sub corde fovemus,  
 Hôc Te donamus, consule quæso boni.  
 Qualiter excrefcunt virides prope littora Trunci,  
 Qualiter & cernis fronde virere Cedrum:  
 Sic Tua Fama magis, sic Gloria surgat in altum,  
 Perpetis Iple diu more virelce Cedri!



# ELEGIA VOTIVA

V I R O

*Plurimum Reverendo, Excellentissimo, Clarissimo*

## DN. DAVIDI SHVVERT- NERO, BOHEMICO

SS. Theol. Baccalaureo

Publ. Facult. Phil. Asessori, Col  
Collegiato

cum

### Rectore Mag

V I R O

*Nobilissimò, Amplissimò, Excellen*

## DN. JOHANNES

Phil. & Medic. Doctore, Therapevtices  
canò, utriusq; Principum Collegii Collegia  
& Archiatrò Saxo - Alt

### Promoto

V I R O

*Pramodum Reverendò, Amplis*

## DN. DANIELE H

SS. Theolog. Doctore, Consistorii  
EjUSD. Facultat:

### DECANO ET PROCA

## In Solemni Panegyri Li

logiâ Gradum obt

Nonis Julii

In ACaDeMia phLL

decantata

### ZITTAVIENSIIUM nunc Li

### Symphoniâ.

LIPSIÆ,

Typis JOHANNIS ERICI



68

31

